

4

brorum dispar numerus increfuit. hic nigro colore perscriptus subse habet alium ex nimio numerum discolorum quia ad decem usque procedit. Indicat prior numerus in quo sit canone requirendus.

Cum igitur aperto codice uerbi gratia illud siue illud capitulum scire uolueris cuius canonis sit. statim ex subiecto numero doceberis. & recurrens ad principia in quibus canonum est distincta congeries. Eodemque statim canone ex titulo frontis in uento illum quem querebas numerum eiusdem euangeliste qui et ipse ex inscriptione signatur inuenies. atque uicino ceterorum tramitibus inspectis quos numeros e regione habeant adnotabis.

Et cum scieris recurre ad uolumina singulorum & sine mora repperis numeros quos ante signaueras repperies & loca in quibus uel eadem uel uicina dixerunt. OPTO UT IN XPO UALEAS ET MEMINERIS MEI PAPA BEATISSIME. EXPLICIT PRAEFATIO HIERONIMI.

**M**attheus. marcus. lucas. & iohannis quadrage dni. et uerum cherubin. quod interpretatur scientie multitudo. per totum corpus oculati sunt. scintille emicant. discurrunt fulgura. pedes habent rectos. & sublimiter tendentes pennata terga. et ubicumque uolitant tenent semutuo sibi que perplexi sunt. & quasi rota in rota inuoluuntur. quocumque eos flatu spiritus sancti duxerit.

**B**ARTHOLOMEUS SYRUM FILIUS SUSPENDENS aquas. bethsaida domus frugum siue uenatorum. hebariona syrum filius columbe. bethsage syrum